

## Ezechiel

349

Incipit Ezechiel propheta. Capitulum I

**F**actum est

in tricesimo anno .i. quarto  
 in quinta mensis: cum essem  
 in medio captiuorum iuxta  
 flumem Chobar: aperti sunt  
 celi et vidi visiones dei. In quinta mensis  
 ipse est annus quintus transmigratio-  
 nis regis ioachin: factum est vobis domini ad ezechielem  
 filium buchi sacerdotem in terra chaldeorum se-  
 cus flumen Chobar. Et facta est super eum  
 visio domini. Et vidi: et ecce ventus  
 turbine veniebat ab aquilone: et nubes  
 magna et ignis involuens. Et splendor  
 in circuitu eius. Et de medio eius quasi  
 species electri: id est de medio ignis.  
 Et in medio eius similitudo  
 quattuor animalium: et hic aspectus eorum.  
 Similitudo hominis in eis. Et quattuor  
 facies vni. et quattuor pennae vni.  
 Et pedes eorum pedes recti. et planta  
 pedis eorum quasi planta pedis vituli.  
 et scintillae quasi aspectus eris  
 caecae. Et manus hominis sub  
 pennis eorum in quattuor partibus.  
 et facies et pennas quattuor  
 partes habebant: iunctaeque erant  
 pennae eorum alterius ad alteram.  
 Non reuertebant cum incederent:  
 sed vnum quodcumque an-  
 nunciabat faciem suam  
 quod diebat. Similitudo autem  
 vultus eorum: facies hominis  
 et facies leonis a dextris  
 ipsorum quattuor: facies  
 autem hominis a sinistris  
 ipsorum quattuor: et facies  
 aquilae desuper ipsorum  
 quattuor: et facies eorum  
 et pennae eorum exte-  
 rit desuper. Duae pen-  
 nae singulorum iungebantur  
 et duae tegebant corpora  
 eorum. Et vnum quodcumque  
 eorum coram facie sua  
 ambulabat. Vbi erat imper-  
 spiritus. illuc gradiebantur:  
 nec reuertebantur cum  
 ambularent. Et similitudo  
 animalium et aspectus eorum  
 quasi carbonum ignis  
 ardentium: et quasi aspectus  
 lampadae. Haec erat visio  
 discurrens in medio  
 animalium: splendor  
 ignis et de igne fulgur  
 egrediebatur. Et animalia  
 ibant et reuertebantur  
 in similitudinem fulguris  
 eorum. Cumque aspicerem  
 animalia: apparuit rota  
 una super terram in  
 animalia: habens quattuor  
 facies. Et aspectus rotarum  
 et opus earum quasi  
 visio maris: et vna  
 similitudo ipsarum  
 quattuor

et aspectus earum et opus: quasi  
 sit rota in medio rotarum.  
 Per quattuor partes earum  
 euntes ibant: et non reuertebantur  
 cum ambularent. Statura  
 quasi erat rotis et altitudo  
 et horribilis aspectus: et totum  
 corpus oculi plenum in  
 circuitu ipsarum quattuor.  
 Cumque ambularent animalia  
 ambulabant pariter et rotae  
 in eis: et eleuarent animalia  
 de terra: eleuabantur  
 simul et rotae. Quocumque  
 ibat spiritus: illuc euntes  
 spiritu: et rotae pariter  
 eleuabantur sequentes eum.  
 Spiritus enim vite erat  
 in rotis. Cum euntes ibant:  
 et cum stantibus stabant  
 et cum eleuata terra: pariter  
 eleuabantur et rotae  
 sequentes ea: quia spiritus  
 vite erat in rotis. Et  
 similitudo super caput  
 animalium firmamenti  
 quasi aspectus crystalli  
 horribilis: et extensi super  
 capita eorum desuper. Sub  
 firmamento autem pennae  
 eorum recte alterius ad  
 alteram. Vnum quodcumque  
 duabus alis velabat corpus  
 suum: et altera similiter  
 velabat. Et audiebam  
 sonum alarum quasi sonum  
 aquarum multarum: quasi  
 sonum sublimis dei. Cum  
 ambularent: quasi sonus  
 erat multitudinis ut sonus  
 castrorum. Cumque starent:  
 demittebant pennae  
 eorum. Nam cum fieret  
 vox super firmamentum  
 quod erat super caput  
 eorum: stabant et sub-  
 mittebant alas suas. Et  
 super firmamentum quod  
 erat imminens capiti  
 eorum: quasi aspectus  
 lapidis saphyri: similitudo  
 throni: et super similitudinem  
 throni similitudo quasi  
 aspectus hominis desuper.  
 Et vidi quasi speciem  
 electri: velut aspectum  
 ignis intrinsecus per  
 circuitum eius: a lumbis  
 eius et desuper: et a  
 lumbis eius usque deorsum  
 vidi quasi speciem  
 ignis splendens in  
 circuitu: velut aspectum  
 arcus cum fuerit in  
 nube in die pluuie. Haec  
 erat aspectus splendor  
 per gyrum. ¶

**H**ec visio similitudinis glorie domini.  
 Et vidi et cecidi in facie  
 meae: et audivi vocem loquentem  
 ad me. Fili hominis sta super  
 pedes tuos: et loquar  
 tecum. Et ingressus est  
 in me spiritus postquam  
 locutus est mihi: et  
 statuit me super pedes  
 meos. Et audivi loquentem  
 ad me et dicentem  
 Fili hominis: mitto ego  
 te ad filios israel: ad  
 gentes apostatras que  
 recesserunt a me. Patres  
 eorum huaricati sunt  
 pactum

129